

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

**XCVIII.**

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

A. 1572.

PARS QUARTA.

419

commendo de meliori nota, est enim pius & doctus & modestus. Iterum vale. S.  
Collegium tu meo nomine reverenter salutabis.

Raptim Eßlingæ, prid. Cal. Aprilis, 1572, Filii tui rectissimè valent. Mea tu-  
am uxore reverenter salutat

Tuus ex animo frater

Jacobus Andreæ, D.

XCVIII.

*Salutem in Servatore Ihesu.*

Exstimo te prius has accepturum, quam superiores meas, octavo Calend.  
Scriptas, quas ei tabellario commisi, qui postremas à M. Philippo attulit,  
homini, ut audio, apud suos obserato; ut video tardo cessatori, quoconque  
solet pervenire. Et cætera quidem ita se habent, ut intellexisti & intelliges,  
sed Nestorianum negotium DEI Opt. Max. providentia nihil amplius noc-  
turum videtur, vel nobis vel Ecclesiæ; non quod confectum jam sit: qui  
enim posset tam brevi tempore, tanta illorum exacerbatione? sed quod ini-  
tium cognitionis à Magistratu institutæ lætum fuerit, & quid de tota actione  
sperari possit, ostenderit. Vide autem mihi execrandam istorum hominum  
astutiam, in quâ tamen mirabiliter confusi sunt. Progressiones solennes in-  
consulto Decano rejecerant in diem Mercurii, ut ei quicquam agendi, quod  
ex officio debet, potestatem eriperent. Nam in examine ita eum exceperant,  
ut sperarent, eum progressionibus minimè interfuturum. Sed ne requiri  
posset praesentia ejus, aut ut quare abfuisset, multi minus mirarentur, volue-  
runt Concionem etiam illam ab eo ad Dn. Fabrum transferre, eamque ob cau-  
sam progressiones ipsas prorogarunt. At! verò præter existimationem  
ipsorum accidit, ut delecti à Decano non plus stipularentur, quâm ut causæ  
cognitionem toti Magistratui permitterent, fore, ut religione, qualis nunc illa  
in Schola & Ecclesia doceatur, incolumi, res ex æquo & bono ita componatur,  
ut neutri fraudi futura sit. Quod cum ille non gravatim approbasset, modo  
prius audiretur, petitum ab eo est, ut quæ in Academiâ sui sint muneras, ipse pro-  
sequatur, quæ ad Rectorem pertineant, ei permittat, quæ communia sint, ea  
communiter ambo obeant, neque congressus mutuos devitent. In eandem  
sententiam cum St. actum est, quid responderit, ignorat Herus. Sed  
ejus æquitate & facilitate Delectos delectatos fuisse constat. Si ergo idem  
ille respondit, non dubium, quin jam magno præjudicio damnatus sit, qui

Ggg 2

cum

cum Decano in uni Ovili cogetur subsistere. Si aliter, putasne Magistratum eam contumaciam approbaturum? Hæc me confirmant, ut benè sperare incipiam. Sed & deinceps in agendo prudentiā opus erit, quam præstabat Herus, & divini auxilii invocatione, quam ego cum tuis & fratris votis coniungam. Hæc hactenus. Derebus cæteris nihil vehementer occurrebar, & sciebam, te jam disputatione occupatum. Itaque vale cum fratre M. Philippo in DOMINO. Argentorato, Cal. April. 1572. Doct. Giphanius, & item nerus, heri uterque salutem vobis mandavit. Uterque integrum se præstat, & qualem optamus.

Tunc totus:

Johannes Pappus.



### XCIX.

**S** Credo sanè, vir ornatissime, nonnulla exorta esse molimina, in quibus deprimentis negotiis tibi aliisque futurum sit. Solent enim insignium virorum occasus mutationem secum adferre: Sed ita probat exerceretur nos Dominus, nec vacationem à militia nobis concedit Imperator noster, quos semel in stationem suam ad excubias pro lege pro grege collocavit. Sed bene haber, est idem, ut inquit, Cyprianus, non solum spectator nostrorum certaminum, sed auditor fortis in tempore opportuno. Nec conceder, ut spes impiorum ratae sint, qui ex cineribus etiam novos in defunctorum vicem patronos excitare posset. Argumento autem est, nondum collapsum esse statutum, quod à gubernatione Scholæ Amplissimus Senatus te remocum noluerit, etiamli nec Alterum depulsum. Nec dubito, quin pro tua pietate, quantum in te est, pacem sis sectaturus etiam erga eos, qui oderunt pacem, & provisus simul, ne quid detrimenti capiat sancta Respub. Academica: maximè cum Dominus valetudinem paulò commodiore largitus sit, quam ut Dominus esse firmam ac diuturnam velit, non desinam præcari. Quod Mühlheim attinet laborantem, debemus certè omnes vota nuncupare seria & ardentia, ut Ecclesiæ suæ misertus Dominus præclarum organum conserveret, ne habeamus dolorem supra dolorem. Novi apud nos nunc quidem nihil est magnopere, ego tussi ex destillatione in thoracem ad modum gravi concurio & labefactor, accedente, ut sit, horribilitione febrili & capitidis dolore, sic tamen hæc temperantur benigna Domini manu, ut hactenus munus meum nec concionando, nec profitendo intermisserim. Sed quamdiu id possim, novit Dominus,